Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



In iacob inhabita: et in israel hereditare: et in electis meis mitte radices. Et sic in sion firmatus sum: et in ciuitate sanctificata similiter requiem et in hierusalem potestas mea. Et radicauit in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius: et in plenitudine sanctorum detencio mea. Quasi cedrus exaltata sum in libano: et quasi cypressus in monte sion. Quasi palma exaltata sum in cades: et quasi plantacio rose in iericho. Quasi oliua speciosa in campis: et quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis. Sicut cinamomum et balsamum aromatizans odorem dedi. Quasi mirra electa dedi suauitatem odoris. Grad.

Vtere veritate. Alla. V. Assumpta est maria in celum gaudet exercitus angelorum. Sequen. Gaudet exercitus angelorum chori gloriose virgini. Que sine viri commixtione genuit. Eius qui suo mundum cruore medicat. Nam ipsa letatur quod celi iam conspicatur principem. Uteris cui quondam suggendas virgo mamillas prebuit. Quam celebris angelis maria iesu mater creditur. Qui filii illius debitos se cognoscunt famulos. Qua gloria in celis ista virgo coluitur. Que duo celi prebuit hospicium sui sanctissimi corporis. Quam splendida polo stella maris eualat. Que omnium lumen altorum et hominum atque spiritum genuit. Te celi regina hec plebicula pius celebrat incentibus. Te cantu melodo sup etheria vna cum angelis eleuat. Te libri virgo canunt prophetae chorus iubilat sacerdotum apostolique mites predicat. Te plebs seruus sequitur ituique uita diligens ur